

TRACTATVS
DE SOCIETATIBVS,
QVÆ FIVNT
SVPER OFFICIIS
ROMANÆ CVRIÆ.

FRANCISCI CASTRACANII
Iurisconsulti Clarissimi Fanensis.

Nunc dehinc in lucem editus per Iacobum Mascardum.



ROME,

Ex Typographia Iacobi Mascardi. M. DC. IX.

SVPERIORVM PERMISSV.

PERILLVSTRI, ATQ. EXCELL. D.D.
DIOMEDI VARESIO
R. O. M. A. N. O.
SACRAE CONSISTORIALIS AVLÆ
A D V O C A T O.



VM mutuæ pecuniæ ratio facilis , in
primisq. expedita multis ante annis ex-
cogitata, atque adinuenta frequentari
in dies magis , ac magis videretur , ad
eam rem Tractatum de Officiorum
Societatibus superioribus annis Fran-
ciscus Castracanius Iuris utriusque cognitione ornatis-
simus valde utilem composuit , & Sixto V. Pont. Max.
dedicatum edidit . Nihil ad controvrsias, quæ inde
exorirentur, decidendas, nihil ad obseruandum, proui-
dendumq. nequid detrimenti acciperetur, subtilius, ve-
rius, utliusq. fieri potuit . Quanto autem omnium stu-
dio , & cupiditate receptus sit , ex eo intelligi potest ,
quod nullum apud Bibliopolas eius exemplum exstet .
Quamobrem mihi faciendum esse duxi , vt quod alij

François de Castracani
TRACTATVS
DE SOCIETATIBVS
QVÆ FIVNT SVPER OFFICIIS
ROMANÆ CVRIÆ.
FRANCISCI CASTRACANII
Iurisconsulti Clarissimi Fanensis.

S V M M A R I V M .

- 1 EX quare necessaria .
- 2 Legislator facta hominum pro causa materiali assumit in legibus condendis .
- 3 Legum conditores conati fuerunt omnibus casibus prouidere .
- 4 Legum conditores non omnibus casibus prouidere potuerunt .
- 5 Lex ubi deficit , qualiter procedendum sit .
- 6 Societates , quæ fiunt super officiis Romanae Curie ab alijs societatibus differunt .
- 7 Deus sepe parvulo reuelat , quod maioribus non reuelauit .
- 8 Divisio operis tria operatur .

P R A E F A T I O .



C T V S humani potissimā causam præbuerunt , vt leges conditæ fuerint : nisi enim actiones humanae dirigēdæ fuissent , iuris scientia non esset inuenta ,

cum in tantum homines possent ratione regi , vt legum institutis subiecti non essent , id est exercitio legis , vt dicunt Abb. & Fely . in Proœm . Rex pacificus : nam iura ex factis orta fuere , l . si ex plagijs . § . incliuio . ff . ad l . Aquil . & propter transgressores lex facta est distin . 4 . per totam . Hinc legista pro causa materiali facta hominum assumit , vt illa bene disponat , ad bonum , & æquum temperet , & reducat , vt in l . i . C . de Vet . Iur . encl . & latè declarat Bald . post Azo . in rub . de Iust . & Iure . Cum igitur legum conditores casibus virginibus leges aptauerint , & cum eorum maxima prouidentia conati fuerint super omnibus casibus præteritis , & futuris prouidere , l . cum lex . ff . de legibus . c . 2 . & c . fin de const . vbi Doct . attamen ob magnā casuum varietatem , cum plura sint negotia , quam vocabula , & cum conditio humana continuis exercitijs suscipiat incrementum , l . legatis . § . ornamētis . ff . de leg . 1 . Non omnes casus commodè diffinire potuerunt , hinc à Iuliano in l . neque leges , & in l . non possunt . ff .